

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de


Programma In Praelectiones Publicas Joannis Affelmanni SS. Theol. D. & Professoris, De Iubilaeo Evangelico : Initium Lectionum fiet, syn the, die perendino, qui erit 4. Novemb, hora a meridie prima, in auditorio magno

Rostochii: Pedanus, 1617

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74247481X>

Druck Freier  Zugang





M-1257(4)!

7617.

Programma
IN PRÆLECTIONES
PUBLICAS

JOANNIS AFFELMANNI
ss. Theol. D. & Professoris,

DE

JUBILÆO
EVANGELICO.

Initium Lectionum fiet, *ovv* @ew, die perendino, qui
erit 4. Novemb, horâ à meridie primâ, in
auditorio magno.



ROSTOCHII
Typis Joachimi Pedani Academia Typographi.
Anno M. DC. XVII.

M. 1257(4)¹



Emorabilis est Prophetae Zachariæ, ordine septima, visio, quæ describitur c. 5. v. 5. & seqq. Videt Propheta, in medio amphoræ, seu modij, insidentem mulierem, & unam cum modio in conspectum Prophetae egredienteem; massam item plumbi, quæ instrat operculi modio impositâ mulier in inum modij intrundebatur; duas præterea mulieres alatas, alis Milvi (in Hebreo est **הַמִּלְוֵה**, quod alij siconiam, alij struthionem interpretantur, nos cum Hieronymo & Luthero, milvum vertimus) ijsq; panis amphoram elevantes, pendulamq; inter eosq; & terram tenentes, tandemq; in terram Sennaar seu Babylonem deferentes. Quid hæc visio sibi velit, pâstum in texu explicatur, partim nobis piè perpendendum relinquitur. Amphoram sive modium, textus dicit, esse, oculum eorum in universa tera: mulierem sedentem in amphora, dicit esse, impietatem, eamq; non tam in moribus, quam, ut Hebreæ vox indigitat, falsa doctrina consistentem. Per oculum illum, potiores interpretes Calvinistici, intelligunt Dei providentiam, quæ omnes improbos inter judæos in unum quasi acervum & modium compotaverat; sed alienius. Alij, hæreticorum doctrinam. Omnium optimè Lutherus noster, faciem seu speciem extenam: quemadmodum Exod. 16. v. 5, locutæ dicuntur operire oculum, seu faciem & superficiem terræ, ut sensus sit: falsorum doctorum speciem externam similem quidem esse modio mensuræ certæ destinato, quia doctrina & vita Pseudodoctorum certis regulis quasi mensurari solet, sed modio pertuso & vacuo, quia vacui sunt Pseudodoctores à fide, speciem pietatis habentes, virtutem ejus abnegantes 2. Tim. 3. v. 5. Comparatur autem hæresis mulieri: primo, notante Cyrillo, ob fragilitatem; ut enim muliebris sexus infirmior est 1. Pet. 3. v. 7; ita impia doctrina nihil habet virile, nihil roboris aut firmitatis. Secundo, ob turpem à Deo defensionem: 2. Corinth. 11. v. 3. à muliere enim initium factum est peccati, inquit Sirac. 25. v. 3; mulieri etiam præ viris fornicatio in sacris tribuitur: unde & hæresis fornicationi passim confertur Ex. 34. v. 15, Deut. 31. v. 16; Isa. 1. v. 21. c. 17. v. 3; Jer. 3. v. 1. Apocal. 18. v. 3. &c. tertio, ob extenam speciem: quemadmodum enim mulieres plerunq; viris sunt formosiores, ita doctrina hominum gravior est rationi humanae, quam scriptura divinitus inspirata. quartò, ob fucum & blanditias: hæresi enim ad impietatis barathrum abducuntur homines, non secus ac Salomon blanditijs fœmineis ad idem.

Idolatriam i. Reg. II. v. 3: unde Chrysostomus, hæretorum non tam minas
ait esse timendas, quām blanditias. Mulier hæc sedere dicitur; auctoritatem
enim in Ecclesia docendi, Pseudodoctores affectant, quemadmodum Christus
de Pharisæis ait, super Cathedram Mosis sedent Scribz & Pharisæi Matth. 23.
v. 2. Seder ergo hæresis, & quidem sedet in modo; hoc est, animos hypocrita-
rum, & eorum, qui sua tantum docendo querunt commoda, occupat; justo tan-
dem Dei judicio, ut Theodoretus ad hunc locum annotat, veluti ponderoso quo-
dam plumbo (grave enim est incidere in manus Domini Heb. 10. 31.) ad imum
præcipitanda. Interea mulieres volantes, hoc est, falsi doctores, circumferunt
amphoram impietatis intra cælum & terram, quia doctrina hæretica dubia est,
pendula est, quæ nuspiciam quietis & certitudinis invenit locum. Alas habent
haec mulieres, mira enim celeritate, quasi vento acta, omnia loca hæresis pervolant;
milvi alas, quia milvis est avis infasta & immunda Levit. II, rapacissima & fame-
lica, magnis & ad volandum fortibus alis nobilis. Cum autem amphora nuspiciam
quiescere possit, tandem in terra Sennaar basin invenit stabilem, h. e. apud inferos,
ubi omnis ordo exultat, Babylonica autem caput exerit confusio, quemadmodum
& Babylon' habitatio Dæmonum dicitur Apocal. 18. v. 2. Ceterum quod duæ mu-
lieres esse dicuntur, si Piscatori & junio credimus, respectu sit duorum tempo-
rum, vel potius, conspirationis mutuæ, quæ sæpe est major inter hæreticos, quām
concordia inter Theologos Orthodoxos. Quanquam verè immedietè hic agatur
de Iudeorum traditionibus & hæresi, tamen manu dictionem Lutheri in locis. super
Epistol. in festo circumcisio, cum D. VVinkelmanno, D. Balduino, & alijs, secuti,
secundarij & consequenter, illustrem, hoc loco, ut totius doctrinæ Papisticæ,
ita in primis Papistici J U B I L E I descriptionem contineri, non dubitamus.
Est enim Jubilæum Papisticum instar modij cuiusdam, quo vel minima quæque ad
Papæ Rostræ prescriptum mensurantur. Et hoc demensum impietatis, per mu-
lieres suas, h. e. monachos, Jesuitas, mira celeritate circumferrit, qui affectato ver-
borum morumq; fuso, mensuram illam Jubilæi Papistici inter cælum & terram
circumvehunt, dum obseruatoribus decretorum Papisticorum, neq; cœli beatitu-
dinem verè polliceri possunt, neq; gehennæ supplicia minitari audent, sed in me-
dium locū cōsuet, nempe purgatorium, ablegant, flammis infernalibus ad tempus
ustulandos. Interim tamen ædificarunt huic modo domum, & basin locarunt in
terra Sennaar, hoc est, mystica Babylone, Roma Apocal. 14. 17. & 18: atq; eò alii
milvi hi deferuntur, ut modium hoc circumferendo, a qualicunque & æterno Papæ
probè prospiciant, verbum Domini, ut cum Apostolo dicam, cauponantes; in
hoc etiam milvis deteriores, quod cum aves ille nihil unquam esculenti rapiant,
ex funerum ferculis, teste Plinio lib. 10. natural. hisp. c. 10, isti vultures etiam
ex mortuorum cadaveribus, ossibus, vestibus, nundinas & pecuniarum aucu-
pium in Jubilæis instituunt: ita, ut falsè non minus quām verè dixerit, prudens

A 2

ille

Ille Arragonum Rex Alphonsus, Harpyias; (addé etiam nostros milvos) non
amplius insulas colere, sed ex insulis in Romanam curiam migrasse, ibijs jam do-
mum co nstituisse; & Petrus Blensis de p rincipis aula R oman a milvis, quos
officiales vocant, scitè scrips erit; Credo hominum officiales non ab officio, no-
mine, sed officio, verbo, mutuò accepisse vocabulum: Officis est s e r b u m erudele
n i m i s & acerb u m: Dic tio plena malu s, hinc dicitur officialis. J U B I L Æ I bujus
Papistic i, Satan a impellente & avariti a stit ulante, primus auctor est B O N I-
E A C I U S. V I I I. at qualis auctor? qui Celest inum V. antecessorem suum,,
fraude circumvenit, ut Papatu, velut homo simp l e x & tanto oneri impar, cede-
ret, & ipsi resignaret: qui Albertum Austriae Ducem, Rudolphi I. Imperatoris filium
coronare recusavit, dictans indignum esse, qui imperio potiretur, quanquam bis à
Principibus Germania Imperator electus esset: qui omnia regna sedis Romanæ
feuda esse contendit, & Reges hoc negantes excommunicando s & depónendo s
judicavit: qui Philippum Augustum ex regno Galliæ pecuniam efferr i Romam
justissimè vetantem excommunicavit, & contra eum Albertum Imperatorem
ad arma incitavit. Is Jubilæi Papistic i auctor est. is, de quo annales dicunt: in-
trab it ut g u l p e s, regn a b it ut l u p u s, mortu u s e s t ut c a n i s. Hic igitur indicato, pro-
auctoritate, Jubilæo, & magno populorum concursu Romam facto, ut vix ince-
dere per urbem amplam & vastam licet, Platin a referente & Cranzio Saxon-
lib. 8. c. 36, primo solenni die Pontificalibus ornatus, sese multitudini spectan-
dum præbuit, eq; benedixit: postero vero die Imperat orio paludamento insignis,
audatum ante se gladium deferri jussit, magna voce clamitans: Ego sum Pon-
t ifex & Imperator, terrestresq; ac cœlestes imperium habeo: alijs acclamantibus:
ecce duo gladij huc: ut Urspergenis commemorat. Notatu vero dignum est
tempus, quo Jubilæum Romanum est institutum, scilicet anno Christi 1300: quo
imperium Osmanidarum, quos alij Ottomannos vocant, & Caesares Turcicos, in
Oriente cœpit. Initium quidem Alhigeræ sive ære Turcicæ incidit in annum
Christi 622, unde Saraceni vel potius Agareni (neq; enim a Sara, sed Agare an-
cilla ortu m ducunt) annos Alhigeræ, h. e. peregrinationis vel expeditionis primæ
Machometi computant: sed regnum Osmanidarum, anno demum 1300 cœpit.
Ne rite eodem anno Papa in Occidente, & Turca in Oriente, regnum quisq; sibi
aperte usurparunt: ambo hostes Christi & Ecclesiæ rabiosi: ambo alieni regni in-
valores impetuosi, ambo male fidei possessores iniusti. Primum igitur Jubilæum
Papisticum Bonifacius VIII celebravit, & ut centesimo quoque anno repetere-
tur, constituit. Sed tantæ pertulsi moræ Clemens VI I, lucri cupiditate, cum
proventum piscatura hujus locupletissimum sentiret, ad quinquagesimum annum
restrinxit, prætendens, quod ætas hominum Jubilæum centum annorum, cuius
tamen ingens ad salutem sit necessitas, raro attingeret; & alterum Jubilæum, pri-
mo Pontificatus sui anno, (zelum notet lector) anno Christi 1350 Romæ absens:
ccccc

celebravit: quo anno singulis diebus, ad 5000 peregrinorum Romanam venisse & Romam discessisse dicuntur: *Platin. Tribum.* In bullis, quibus Jubilæum indixit, blaterat, se nullo modo commissurum, ut quisquam peregrinans Romanam, pereat: & ut ostendat, se quemadmodum Canonista de eo prædicant, idem habere consistorium cum Deo, & idem tribunal cum Christo, immo se esse hominem illum peccati, sele pro Deo gerentem 2. Thess. 2. v. 4, idecirco dictatore angelis præcipit, ut ejus (peregrinantis) animam à Purgatorio penitus absolutam confessim in cœlum transferant. Dedit etiam potestatem illis, qui peregrinè Romanam Jubilæi gratia venerant, ut singuli tres vel quatuor animas, quas vellent, feligerent: eas enim protinus propter suas indulgentias, & eorum meritum, è purgatorio in cœlum subvolaturas. Quam manifestam impictatem facultas Theologica Parisiensis tunc erroris & temeritatis intolerabilis publico scripto damnavit, ut *Veselus & Agrippa* testantur. Tertium Jubilæum novelli Theologi & Historici pleriq; omnes Sixto I V ascribunt, quem lapsum esse memoriae putarim: tertium enim Jubilæum non Sextus sed Urbanus IVtus, postremo Pontificatus sui anno, indicit, & memor quantum ex Jubilæo Clementi VI lucrum advenisset, præter omnem rationem illud abbreviat, scilicet ad singulos triginta tres annos; ita nempe, ut anno Domini 1388, in festo natali incipiat, & per annum inclusivè duret: verum morte præventus illum non vidit, sive Bonifacij IX successor demetendum feraceum hunc agrum reliquit: quo de vide sis Theodorum à Niem lib. I. c. 68 & 69. Bonifacius (rectius Malefacius) ergo annum 1400, licet Urbanus alium interseverat, Jubilæo sacrum esse voluit. Candide omnino de eo non solus Platina, sed & Papista Cranzius in metropoli l. 11. c. 10. & 12: crebitz, inquit, sub Pontificatu illius fiebant indulgentiarum collationes, usq; ad fastidium cordaterum virorum, gratias & indulgentias fecit inauditas, & quam facile dedit, tam leviter revocavit, fabulas excitans in orbe Christiano, quod auro expleri non posset. Hæc ille. Temporibus his Pontifices Romani, ob auctoritatem Romanorum, quam in urbe haec tenus summaria retinuerant, desertâ Avenionem in Galliam sedem transtulisse, ex historijs certum est; Imminente autem anno Christi 1400, Jubilæo illo anno, Cives Romani veriti, ne ex Pontificis absentia, qui benedictionem impetrari dicebatur, Jubilæi solennitas frigerer, supplices magnâ pompa eum accedunt, spe conceptâ, si Papa Romæ tum foret, ob concursum populorum ex omnibus gentibus, magnas se divitias consequenturos, rogantq; ut revertatur: at is quod plus rogaretur, ed minus commoveatur, & quam male se erga ipsum gesserint exprobrat, urbemq; fastidire videtur. Itaq; eo redacti Romani lucri ex illis nundinis cupidi, ut benedictionem Jubilæi libertate suâ redimerent, & se Banderios, magistratus Romanos, à se antea constitutos, abrogaturos, Papæq; imperio se submissuros promitterent. His conditionibus Bonifacius Romanum reversus, Jubilæum tertium dicto anno obiit:

A. 3.

dumq;

damq; Romani cives lucro ex peregrinis Jubilæum visitantibus captando inhiant; Papa interea dominum Romæ absolutum se fecit, &c, ut *Franciscus Guicciardinus lib. 4 bisfor. sui temporis refert*, præsidium arcis Angelicæ imposuit. Digni erant hoc præmio Romani, qui contemnâ libertate à Christo partâ, dum libertatem fictitiam Roma ab Antichristo vendi tantopere desiderant, in servitutem etiamnum durantem ab Antichristo redigerentur. Quarum Jubilæum Nicolaus V, celebravit. Tanta populi multitudo tum Romam cœnfluxit, ut *Platinus teste*, cum templum ingredierentur, & ex eo egredierentur, ducenti circiter opprimerentur, multis exceptis, qui in aquis perierunt, quum pontem S. Angelii transirent. Digni fuerunt hoc præmio, qui, veritate Christi relictâ, inventa Antichristi secuti sunt. Quum vero nimis longa intercapedo temporis ab uno Jubilæo ad alterum Paulus II videretur, hic virtutis & literarum inimicus, qui humanae studia ita oderat, ut ejus studiosos, uno nomine, appellaret hereticos, decrevit; ut illud vigesimo quinto quoque anno iteraretur, propter salutem animarum, aut prius ad colligendam quoridam novam pecuniam, ait *Fasciculus temporum*. Sed dum de Jubilæo, anno 1475 instituendo, deliberat, morte opprimitur, sive per apoplexiā, sive quodd, *Pencero scribente*, à Diabolo noctu in ipso venero actu strangulatus sit. Quare anno 1500 Alexander VI (monstrum hominis) illud celebravit, bullis divulgatis indulgens, ut qui Romam ipsi venire nollent, aut non possent, eō mitterent, & Jubilæi gratiam pecuniâ sibi compararent. Dehinc, anno 1515 Leo X per totam Galliam, Germaniam & alia Christiana regna, Jubilæum promulgavit, & indulgentias peccatorum impudentissime vendidit, quibus Deus graviter irritatus, nostri simul paternè misertus, Terrum mundo Eliam, LUTHERUM, excitavit, qui indulgentiarum nundinationem palam improbat, nos vero ex papatu plus quam ægyptiacæ miseria educeret & ad veram Evangelij lucem reduceret. Historie docent, à condita urbe ad Vespasianum & Titum Imperatores, devictis debellatisq; nationibus ab ultimo orbe, Romanos per tot secula, viginti supra trecentos egisse triumphos. Sed quid omnes isti triumphi, si cum hoc Lutheri componantur? Fuitus, vanitas. Porro anno 1550 Jubilæi celebrationem summopere desideraverat Paulus III, sed die 10 Novembris anni Jubilæum præcedentis vitam cum morte commutavit. Ei, ipso anno Jubilæi Julius III, ut post decretum seb. 10. Concilij Tridentini legitimus, succedit. Hic Julius die 22 Febr. coronatus, biduo post, malleo aureo aperuit deauratam portam. Anno 1591 Gregorius XIV Jubilæum indixit, & per Ernestum, Electorem Colonensem, Colonie promulgari curavit, ejusq; omnes verè penitentes & verè communicantes (ita enim habent verba Mercurij Gallobelgici) participes fecit. Nostra ætate Clemens VIII, anno Christi 1600, Jubilæum festivitatem celebravit, & hoc, qui nunc decurrit, anno, Paulus V. ² Junij Jubilæum indixit, sepius fortè hanc Jubilæi Piraticam, idq; majori, ut opinor, fructus,

quam

quām Venetos inīque oppugnando, exercitus; qui etiam superiore seme-
sti ¹⁴₂₄ Maji festum electionis Papalis, novo invento, Romæ celebrandum insti-
tuerat. Tot igitur Iubilæa Antichristiana hactenus fuerunt; & ex indubitatis histo-
riatum monumentis liquido ostendi potest, errorem errare historicum eos, & qui
plura, & qui pauciora numerant. Ceterum ut illis apud Christianos fides aliqua &
majestas conciliaretur, prætendit POMPIFEX, se in illis instituendis, cum exemplum
Ecclesiæ Israëliticæ veteris Testamenti sequi, tūm salutem omnium animarum spe-
ctare, quod nimirum omnes p̄cantes & confessi (ut barbarè loquuntur) qui anno
Jubilæo devote limina Principis Apostolorum essent visitatur, indulgentias ac
omnium delictorum unquam commissorum venia consequerentur. Pessimè omnia.
Jubilæum enim Mosaicum quod attinet, quinquagesimo quoque anno recurrens,
quinquagesimo dico, respectu Jubilæi præcedentis inclusivè, ut rectè Hugo anno-
tat, non exclusivè, ut male, Lyra, Abolensis, Rupertus, Cusanus, Funcius, Buchol-
cerus & Crantzheimius, illius institutio expresso Dei nitebatur mandato, & par-
tim gratuitam debitoram omnium remissionem, fēbus ac personis venditis liber-
tatem, liberum etiam ad amissas possessiones redditum judæis denuntiabat; par-
tim Evangelicæ vocis gratuitam peccatorum veniam, liberationem ab hostibus,
reditumq; ad amissa cœli bona præfigurabat. Hac Jubilæi veritas à Christo
ipso est impleta, proinde figura abrogata. At Jubilæum Papisticum nullo iussu
divino nittitur, nec, ut verbo dicam, quicquam est aliud, quām renovatus ju-
daismus. Quicunq; enim figuræ rerum futurarum retinens, si, facto ipso,
se non credere promissiones de Messia impletas esse, ac proinde Messiam non
dum venisse testantur. Quod verò Pontifex avariarum prætendit salutem, quam
se hoc pacto procurare crocit, nō nugas agit nugerrimas. Et quid est Christum
eiusq; meritum ludibrio exponere, si hoc non est? Quin potius & Jubilæi Pa-
pistici & tota indulgentiarum nundinatio non nisi ex avaritia & lascivia Anti-
christi nata est, quibus auri argenti; torrentes Romam derivantur. Bonifacius IX
centum millia florenorum ex indulgentijs in unius regni provincia exiguo tem-
poris spatio contraxit, ut auctor est Theodor à Niem. Alexander VI in-
dulgentias unius Jubilæi filio noto Cesari Borgiæ, teste Guicciardino, pretio
vendidit 30000 coronatorum, cumq; filius alex jactu de ijs deperde-
ret 100000 coronatos, subridens inquit: sunt tantum peccata Germanorum, ut
annales testantur. Vere ergo Niem: Camera Romana, assimilatur mari, in
quod intrant omnia flumina, & non exundat: sic enim in istam portantur
auri pondo millia, attamen non impletur. Neq; mirum ergo quod Franciscus
Petrarcha de Ioanne XXII testatur, eum mortuum, in privatis tantum
bonis reliquisse, tonnas auri 250. Nam congeries opum tanta ut heret necesse
fuit, cum nihil in rerum natura maneret reliquum, ex quo istæ Harpyæ suam non

ex-

extraherent predam. Quos fructus Jubilæa Romana, & indulgentiarum in
illis nundinationes, protulerint, horret animus dicere. Tantam enim auri coa-
cervationem securus est luxus Pontificum plusquam Sybariticus & Perfidus, ver-
bo, nefandus, securum Christiani orbis, per funestissima bella ab ijsdem Pontifici-
bus, contra hereticos, quos vocant, accensa, incendium. Quin illam ipsam pecu-
niam, quam ex indulgentijs colligunt, scortis suis donant; quemadmodum
Leo X exactiones ex Germania indulgentijs Magdalena sorori suz, meretric
& prostibulo famoso, Guicciardino dicente, concessit. Habetis Iubilæi Antichristia-
ni auctorem, tempora, numerum, fines & effecta, pro ratione instituti, &
chartæ hujus capacitate, breviter. Cum hoc Antichristiano Iubilæo nil
quicquam commune habet Christianum, & Evangelicum, quod ultimo Octo-
bris, in Ecclesijs nostris Rostochij, publicè & solenni festivitate celebravimus,
& de quo ut sequentibus diebus pulpitæ Academij personent, æquum est. Ego
ne defuisse meo videar officio, prælectionibus aliquot publicis de eodem, horis
& loco solitis, volente Deo, ita agam, ut primâ, adeq; perendinâ, è Psalmi, ad
quem ordo me deduxit, explicatione, Iubilæa hujus festivitatis modum, &
rationem, ostendam; sequentibus autem, quid in specie, in primis in Divi Ioannis
Apocalypsi, de Reformationis Lutheri, cuius grato nunc animo recolimus memori-
am, principio, medio, & fine adhuc future, signatè prædictum sit, rejectis planct
Brichtmanni, Eglini, aliorumq; sive de præparationibus sive inceptijs, explanem. Cujus
argumenti ardui necessarij; tractatio, cum Theologia studiosiores & amantiores,
ad auscultationem piam facile invitare possit, mentionem tantum fecisse, sufficiat.

P. P. 2. Novembri Anno 1617.







Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn74247481X/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74247481X/phys_0011)

DFG



quam Venetos inique oppugnando, exercituru
 ari ¹⁴₂₄ Maii festum electionis Papalis, novo invi-
 terat. Tot igitur Lubilæa Antichristiana haec enus-
 riatur monumentis liquido ostendi potest, error
 plura, & qui pauciora numerant. Ceterum ut illis
 majestas conciliaretur, prætendit POMPIFEX, se in
 Ecclesiæ Israëliticæ veteris Testamenti sequi, tum
 dare, quod nimirum omnes pœnitentes & confessi
 Jubilæo devotè lignina Principium Apostolorum
 omnium delictorū unquam commissorum veniam
 Jubilæum enim Mosaicum quod attinet, quinqua-
 quinquagesimo dico, respectu Jubilæi præcedentis
 itat, non exclusivè, ut malè, Lyra, Abolensis, Rupert
 erus & Crantzheimius, illius institutio expresso
 dicit gratuitam debitorem omnium remissione
 tatem, liberum etiam ad amissas possessiones re-
 ditum Evangelicæ vocis gratuitam peccatorum veni-
 reditumq; ad amissa cœli bona præfigurabat.
 Ipo est impleta, proinde figura abrogata. At J
 divino nititur, nec, ut verbo dicam, quicquam
 daismus. Quicunq; enim figuræ rerum futura
 se non credere promissiones de Messia impletas
 dum venisse testantur. Quod verò Pontifex animi
 se hoc pacto procurare crocit, nō nugas agit nugs
 ejusq; meritum ludibrio exponere, si hoc non est
 pisticci & tota indulgentiarum nundinatio non ni-
 christi nata est, quibus auri argentiq; torrentes Ro-
 centum millia florenorum ex indulgentijs in uniu-
 poris spatio contraxit, ut auctor est Theodor
 indulgentias unius Lubilæi filio nostro Cesari Börg
 vendidit 30000 coronatorum, cumq; filius
 ret 100000 coronatos, subridens inquit: sunt tanti
 annales testantur. Verè ergo Niem: Camera R
 quod intrant omnia flumina, & non exundat:
 auri pondo millia, attamen non impletur. Nèq;
 Petrarcha de Ioanne XII testatur, eum mor-
 bonis reliquissé, tonnas auri 250. Nam congerie
 fuit, cum nihil in rerum natura manerit reliquum, e



the scale towards document

operiore sem-
 brandum insti-
 dubitatis histo-
 um eos, & qui
 fides aliqua &
 um exemplar
 animarum spe-
 ntur) qui anno
 indulgentias ac
 essimè omnia
 no recurrens,
 è Hugo anno-
 cius, Buchol-
 idato, & par-
 venditib; liber-
 tiab; par-
 ab hostibus,
 itas à Christo
 in nullo jussu
 renovatus ju-
 , facto ipso,
 messiam non-
 larem, quam
 est Christum
 & Lubilæi Pa-
 sciyia Anti-
 onifacius IX
 exiguo tem-
 der VI in-
 dino, pretio
 s deperde-
 anorum, ut
 ur mari, in
 portantur
 d Franciscus
 is tantum.
 eret necesse
 & suam no-

ex-